

9849

1378 november 20

Kyrkan Santa Maria  
in Trastevere i Rom

Påven Urban (VI) ger tillstånd åt klerker och präster i Linköpings stift att från oktober till och med februari fira mässa i gryningen. Tillståndet beviljas efter supplik av biskop Nils (Hermansson) i Linköping med anledning av att dagarna i Sverige, där Linköpings stift ligger, från början av oktober till slutet av februari är så korta, att mässor och andra gudstjänster, som ska hinnas med före non (d.v.s. femte tidebönen), inte kan firas på tillbörligt sätt.

Avskrift i Registrum eccl. Lincensis membr., hs A 9, fol. 27r, Sv. Riksarkivet.  
SDHK nr 11348.

Tryckt: DS nr 475 (med årsangivelsen 1261 och med Urban IV som utfärdare).

Regest: Celses Bullarium (1782), s. 80, nr 1 (med årsangivelsen 1261 och med Urban IV som utfärdare); E. Nygren, Registra ecclesie Lincensis (1941), s. 208.

Om brevets felaktiga datering i DS nr 475 se H. Brulin, Några feldaterade påfvebref (i Bidrag till Sveriges medeltidshistoria tilllegnade C. G. Malmström, 1902), s. 6–7.

Jämför DS nr 9111 efter delvis liknande formulär och med likartat innehåll.

Urbanus<sup>a</sup> episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Piis fidelium uotis, presertim hiis, per que fideles ipsi diuinis officiis magis intenti existant, libenter annuimus illaque prosequimur fauoribus oportunis. Cum itaque, sicut exhibita nobis pro parte venerabilis fratris<sup>b</sup> nostri Nicolai Lincensis episcopi peticio continebat · quod in regno Swecie, jn quo Lincensis ecclesia situata consistit, pro magna parte cuiuslibet anni sint dies adeo breues, videlicet a principio mensis Octobris usque ad finem mensis Februarii · inclusiue, quod misse et alia diuina officia ante horam none complenda · nequeant more debito celebrari, quare nobis jdem episcopus humiliter supplicauit, ut dictis mensibus in eadem ecclesia Lincensi ante lucem diei missarum sollempnia celebrandi licenciam concedere dignaremur / nos itaque ipsius episcopi deuotis in hac parte supplicationibus inclinati, ut liceat clericis et sacerdotibus ipsius ecclesie in mensibus predictis, videlicet Octobris, Nouembris, Decembbris · Januarij et Februarij inclusiue missas antequam illucescat dies, circa tamen diurnam lucem, in dicta ecclesia celebrare · jta quod id taliter celebrantibus ad culpam nequeat<sup>c</sup> imputari · tenorepresencium de speciali gracia indulgemus<sup>d</sup>. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis e-Dei et e-beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud Sanctam Mariam jn Transtyberim xij kalendas Decembbris, pontificatus nostri anno primo ..

<sup>a</sup> Concedit papa, quod possit ante diem celebrari in mensibus Octobris, Nouembris, Decembbris, Januarii et Februarii inclusiue jn ecclesia Lincensi i marginalen ms. <sup>b</sup> Bokstaven s tillagd av senare hand. <sup>c</sup> nequeant ms, sannolikt avskrivningsfel. Möjligent har skrivaren påverkats av att samma ord förekommer tidigare i brevetexten. <sup>d</sup> Bokstäverna mu med en stapel för mycket. <sup>e-e</sup> Hopskrivet.

nerabilibus Dominis Laurentio Upsalensi Archiepiscopo, Henrico Lincopensi Episcopo, Karulo Arusiensi, Axero Wexionensi, Rangwaldo Finlandensi ac cæteris qvamplurimis nobilibus nostri Regni. Anno Domini M°.CC°.LXI. XIII. Kal. Augsti.

474.

1261 d. 11 Aug.

Askaby.

Bisk. HENRICS i Linköping stadsfästelse på anslaget af Hägerstads sockens Biskopstionde till ett Kanikedöme.

B. 3: 137. \*)

Vniuersis christi fidelibus presens scriptum cernentibus H diuina miseratione episcopus lyncensis. <sup>1)</sup> salutem jn domino sempiternam. Quia pro certo didiscimus <sup>2)</sup> venerabilem patrem dominum. L. predecessorum nostrum decimam episcopalem de parrochia hæghirstadha jn kind <sup>5)</sup> redditibus canonie, quam reuerendus vir felicis recordacionis benedictus quondam episcopus lincensis numerum canonicorum augere cupiens jbidem fundauerat, jn eaque dominum karolum jnibi canonicum jnstituerat adiunxisse <sup>3)</sup> perpetuo possidendum sicut in suis litteris plenius apparebit <sup>4)</sup>, nos factum eius in hac parte ratum jn omnibus <sup>5)</sup> & gratum habentes, donacionem memorate decime auctoritate qua diuina permissione fungimur confirmamus. Jn cuius rei testimonium <sup>6)</sup> presentes sigilli nostri patrocinio fecimus roborari Datum askaby Anno dominj M°CC°LX primo jn crastino beati laurencii.

475.

1261 d. 20 Nov.

Rom.

Påfv. URBANUS IV:s tillstånd att under de korta vinterdagarna förrätta mässa och annan guds-tjenst i Linköpings Domkyrka vid ljussken.

B. 3: 27.

Urbanus episcopus seruus seruorum dei ad perpetuam rei memoriam Piis fidelium uotis presertim hiis per que fideles ipsi diuinis officiis magis intenti existant libenter annuimus illaque prosequimur fauoribus opportunis Cum itaque sicut exhibita nobis pro parte venerabilis fratris nostri Nicolai lincensis episcopi peticio continebat. quod in Regno swecie jn quo lincensis ecclesia situata consistit pro magna parte cuiuslibet anni sint dies adeo breues videlicet a principio mensis octobris usque ad finem mensis

<sup>\*)</sup> En annan utskrift af samma bref finnes B. 3: 138. med följande olikheter: 1) Vniuersis presentes litteras Jnspecturis He. dei gracia Lyncensis antistes &c. 2) Quia venerabilem &c. 3) invenimus annexisse 4) de premissis tillsätttes 5) uteslutes 6) Ad horum igitur evidenciam pleniorum presentes &c.

februarii. inclusiue quod misse et alia diuina officia ante horam none complenda nequeant more debito celebrari Quare nobis jdem episcopus humiliter supplicauit ut dictis mensibus in eadem ecclesia lincopensi ante lucem diei missarum sollempnia celebrandi licenciam concedere dignaremur. Nos itaque ipsius episcopi deuotis in hac parte supplicacionibus inclinati ut licet clericis et sacerdotibus ipsius ecclesie in mensibus predictis videlicet Octobris Nouembris decembris. Januarij & februarij inclusiue missas antequam illucescat dies circa tamen diurnam lucem in dictam ecclesiam celebrare. jta quod id taliter celebrantibus ad culpam nequeant imputari. tenore presencium de speciali gracia indulgemus. Nulli ergo &c. nostre concessionis &c. Datum Rome apud sanctam Mariam in transtyberim XII. kal. decembris Pontificatus nostri Anno Primo.

476.

1262.

Biskop BENGT i Skara stadfästelse på Arnbjörns Kanikeräntor af några åboar i Öraryd, samt Domprost-tionden af Alyr och Bjärkahärad, jemte en half gård lennad af Biskopen, och några bodar vid torget, lemnade af Dom-Prosten.

B. 7: 14. 30.

Uniuersis christifidelibus tam posteris quam presentibus quibus presens scriptum innotuerit B diuina miseracione scarensis episcopus salutem in nomine ihesu christi Cum prebende in ecclesia nostra adeo essent tenues & exiles quod ad eas canonici minime possent residere. ad Rentam domini arnberni capellani nostri & canonici dimidiam curiam quam de hulthone comparauimus addidimus perpetualiter attinendam Dominus eciam prepositus vt debitum in eadem ecclesia ageretur seruicium ex consilio nostri & capituli quasdam tabernas foro vicinas quas cum eidem prepositure presidemus lucrati fuimus assignauit eidem. Hec igitur & alie dicte rente attinentes scilicet colonas de ørariwdhum & has prouincias. Alyr. biærkaherad quantum ad preceptionem modij prepositure quondam attinentes prefato confirmamus presens scriptum sigillo nostro & sigillis ejusdem domini B et capituli roborantes Datum anno domini M°.CCLXII pontificatus nostri anno V°.

I brädden med annan hand: modius prepositalis in bierkaheradt &c.